



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

113 Iudaei nutrices, aut alios Christianos illis servientes habere non
possunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

pro reformatione Tribunalium Romanæ curiæ, ut in illis expressè legitur. Quo casu extra Romanam curiam non extenduntur, & statutum Urbis, extra Urbem non habet vigorem, *l. cunctos populos*, ubi doctores omnes, *C. de summa Trin. & sid. Cath.*

Quinimò, si attendantur verba dictæ constitutionis Pii IV. in §. *insuper presertim Auditor*, ibi, dare copias indiciorum reo, vel petentibus pro eo, ergo non petentibus ante torturam necessariò non sunt dandæ, quia, cum verba constitutionis sint clara, non sunt contra eorum sensum extendenda. Illa enim ponderatio dictionis: semper in eodem cap. 39. num. 100. facta à Farinac. quòd importet idem, quòd omnicastru, & omni tempore, ut extendatur etiam contra expressa verba Bullæ, ibi, petentibus pro eo, non sub-
 109 sistent, quia dicitio, † semper, potiùs denotat continuationem, seu perpetuitatem, ut *l. Cato, §. Imperator, ff. de alim. & cib. leg. & Bar ab eod. Farin. allega. in l. 1. n. 21. ff. sol. matr. & quòd diversimodè etiam in Urbe fuerit observatum, testatur idem Farinac. ead. q. 39. num. 97.*

Doctores autem pro hac parte allegati,
 110 ferè omnes concludunt, † quòd in criminalibus nemo debet condemnari, nisi prius dato termino ad faciendum suas defensiones, & ita post alios plures per ipsum citatos testatur Clar. *recep. sentent. lib. 5. §. fin. quæst. 49. num. 13. & num. 14.* Aded, quòd ante sententiam definitivam etiam parte non petente, tenetur iudex rei
 113 defensiones quærere, ac veritatem investigare, per text. in *l. si non defendantur, ff. de pœnitent. & auth. qui semel. C. quomodo, & quand. iud.* Et in his terminis procedunt

allegata per Farinac, *locis supra citatis*, & ita distinguit Boss. per eundem Farinac. *alleg. de indic. & consid. an. tor. num. 74 juncto num. 79.* ubi de communi testatur.

Pro præcisa responsione habenda super circumstantiis substantialibus, & pertinentibus ad delictum dummodò sint tales, de quibus verisimile sit, reum recordari, ut si interrogetur de facto proprio, de modico tempore, & de rebus, de quibus solent homines recordari, arbitrio iudicis, considerata facti, & personarum qualitate, sine dubio, reo † non petenti, non sunt dandæ copias indiciorum, nec termini ad faciendas defensiones, ut per Clar. in *pract. crim. quæst. 45. num. 6.* & Farinac. *de indic. & tort. q. 37. n. 184.* Quinimò hoc casu, etiam petentibus, possunt denegari, præsertim si sunt viles personæ, iudicis arbitrio, ut per Boss. *de tort. test. num. 39. vers. non tamen semper*, Clar. in *pract. crim. §. fin. quæst. 25. num. 9.* & Farinac. *de indic. & tort. quæst. 29. num. 125. 146. & 147.*

112 Foro ecclesiastico, de quo ab huius operis initio tractare cœpi, sunt quoque in plaribus suppositi Iudæi, de quibus per Innoc. in *c. quod. super n. 3. & n. 5. de vot. & vot. redempti*; imò potiùs in omnibus.

Ipsi enim pluries pœnis ecclesiasticis subijciuntur, & eorum causas in Urbe regulariter Vicarius Papæ cognoscit, ut statuit Paul. Papa III. in literis Apostolicis, de quibus in Bull. Rom. cap. 32. pag. 421. circa fi. & Iul. III. in eod. Bull. cap. 59. pag. 562.

113 Pluraque † sunt illis per Bullas Apostolicas prohibita. Nutrices, seu ancillas, aut alios vtriusque sexus servientes Christianos habere, vel eorùm infantes per mulieres Christianas lactari, aut nutririi face-